

15. (5) Item contra eosdem, quod de possessionibus et bonis, que tenent ab ecclesiis, sine consensu dominorum ecclesiasticorum alios non infeudent. — Dentur.

16. (6) Item indulgeri^a solet religiosi, ne aliqui temeritate propria occasione questionum, quas contra illos asserunt se habere, bona ipsorum pignora presumant nec etiam vadiare. — Dentur.

17. (7) Item protectio et bonorum confirmatio in forma communi datur religiosi et omnibus piis locis ac etiam leprosis; pro quibus leprosis^b adicitur, quod de ortis et virgultis et animarum nutrimentis decimas non persolvant. — Dentur.

18. (8) Item quod religiosi preter illos, qui possessiones non habent, possint succedere in bonis fratrum professorum sine iuris preiudicio alieni. — Dentur.

19. (9) Item confirmatio libertatum et immunitatum in forma generali fuit data usque ad dies fere ultimos domini Iohannis pape. — Dentur^c.

20. (10) Item sententie late ubicumque in foro ecclesiastico, ubi concludi potest 'Sicut provide' etc. confirmari^d solent in forma communi. — Dentur ut in cedula^e.

21. (54) Item quicquid contingeret statum ecclesiastice libertatis sive^f per statuta edita contra eam sive per similia^g solet expediri et dari clausula illa 'Invocato' etc. — Legatur per notarium et vicecancellariumⁱ.

22. (55) Similiter contra imponentes nova pedagia nisi^k contra reges^l. — Legatur per notarium, si contra specialem petitur, alioquin detur sine lectione^m.

a) 'indulgentia dari' B 2; 'indulgiā' C 3. b) 'pro quibus leprosis' fehlt C 2 C 3. c) 'et dentur ut in cedula' D 2, verstellt statt bei n. 20. d) 'usque confirmari' C 3. e) Resolution in D 2 bei n. 19. f) 'sine' C 3. g) 'familiam' C. h) Fehlt C. i) 'legantur per vicecancellarium et notarium' C 2 C 3. k) 'et' D 2. l) 'leges' D. m) 'electione' C 3.

15. Ein Formular aus Marinus von Ebulo bei Teige S. 86—87.

19. Gemeint ist Johann XXI., der unmittelbare Vorgänger Nikolaus' III.

20. 'Sicut sine pravitate provide facta est et ab utraque parte sponte recepta et hactenus pacifice observata' (Honorius III., 1223 Jan. 26, Westfäl. UB. 5, 146 n. 305).

21. Invocato ad hoc, si necesse fuerit, auxilio brachii secularis (Innocenz IV., 1245 Jan. 23, Bernoulli, Acta pontificum Helvetica S. 153 n. 227).